



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

Alternatiua beneficialis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

8 *Altare. Alternatiua Beneficialis. Anulus.*

- 17 Tribus mappis vestiatur, vel altera ex duabus duplicata. *Miss. Rom. Rubr. 20.*
- 18 Et ijs benedictis, *ibid.*
- 19 Coronides lignæ circum altare prohibentur in Cerem. *Episcop. lib. 1. cap. 12.*
- 20 Collocetur in eo crux inter candelabra. *Miss. Rom. ubi supra.*
- 21 Etiam ubi asseruatur Eucharistia, Gauant. *in Thesaur. Sac. Rituum to. 1. par. 1. tit. 20.*
- 22 Et etiamsi in Icone pictus sit Crucifixus. *Idem ibid.*
- 23 Tabella secretorum in eo ponenda est. *Miss. Rom. supra.*
- 24 Nihil in eo omnino ponatur, quod ad Missæ sacrificium, vel altaris ornatum non pertineat. *Idem ibid.*
- 25 Tegantur altaria omnia telis stragulis. *Acta Med. Ecc.*
- 26 Mensuram altarium, graduum mapparum, & ornamentorum collegit, & describit Gauantus *loco citat. par. 5.*
- 27 Lampadem ardere cõuenit ante vnumquodque altare plures ante altare maius Cerem. *Ep. loco cit.*
- 28 Vbi celebrauit Episcopus proprius, ab alio nec celebretur ibi eodem die, sine licentia saltem tacita. *Conc. Antisiodor. cap. 10.*
- 29 A fortiore, ubi celebrauit Legatus, vel Papa Gauantus *loco cit.*
- 30 De Titulis Altarium, nisi sint in Calendario Romano, nullum recitatur Officium. *Con greg. Rit. 28. Augusti. 1628.*
- V. Ecclesia nu. 10. 29. 30. 31. 32. 33. sepultura nu. 6.*

ADDITIO.

- 1 Altari de iure patronatus sine dote, paramenti &c. statuto breui termino dotentur, ornenturque à patronis, alioquin iure suo priuentur hi, & ea demoliantur. *congr. Episc. 16. 1. anuar. 1604.*
- 2 In Ecclesia non consecrata non est Altare consecrandum sine Papæ auctoritate. *Barboss. de iure Eccles. l. 2. c. 7. num. 12.*
- 3 Episcopo requisito bis, aut ter à Mendicantibus pro consecratione suorum Altarium, & renuente, possunt ij adire quemcunque Episcopum, ex concess. *Sixt. IV. quæ non est reuocata in Trid. Em. Rodr. in add. sum. to. 3. 19. num. 1.*

- 4 Sede vacante Episcopali potest vicinior Episcopus consecrare dicta Altaria. *Idem ibid.*

*Alternatiua Beneficialis.*

- 1 **A**lternatiuæ acceptatione recepta in datario in aliquo mense Apostolico, non incipit illius vsus, nisi toto mense peracto: secus, si in mense Ordinarij. *Barboss. de pot. Ep. alleg. 53. n. 38.*
- 2 Menses Aprilis, & Octobris semel facti Apostolici ob absentiam Ordinarij, semper remanent Apostolici, licet ipse redeat de nouo. *Idem ibid.*
- 3 Menses Februarij, & Augusti, licet semel per absentiam Ordinarij sint facti Apostolici, desinunt esse Apostolici, redeunte Ord. ad Episcopatum. *Idem ibid.*
- 4 Menses Iunii, & Decembris, numquam sunt Apostolici, licet Ordinarius non resideat. *Idem ibid.*
- 5 Episcopus non residens in Diocesi non gaudet alternatiua. *Decisum refert Riccius in praxi decis. 540. in prima edit. vel resol. 462. in secunda.*
- 6 Neque item, si abest ex causa à Concilio approbata. *decisum à Papa refert Garc. de benef. par. 5. cap. 1. in addit. n. 463.*
- 7 Neque quando abest in obsequium summi Pontificis. *Congreg. Episc. 11. Sept. 1584.*

*Anulus.*

- 1 **A**nuli vsus in Missa prohibetur Protonotariis non participantibus, & Doctõribus. *Congregat. Rit. 11. Febr. 1623.*
- 2 Et Canonicis Cathedralium, eadem 20. *Novembr. 1628.* in quibus Dignitates intellige.
- 3 Ab Episcopo gestandus est in indice dextræ manus Steph. Duran. *lib. 2. de rit. cap. 9.*
- 4 Sed in Missæ celebratione in digito anulari eiusdem dextræ manus. *Cer. Episcop. lib. 1. cap. 7.*
- 5 In gemma nihil sculptum esse debet. *Durantes loco citat. & Prou. 3. de facta supell.*

ADDI.